



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 36. Mors Agnetis Sorillæ de Castro Pulchritudinis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

testatem redacto, Rex Franciæ illius Præfecturam Comiti Dunensi commisit, dato simul negotio, ut quantocius Honflorium obsidione cingeret. Urbs hæc, quantumvis ex Rothomagensis pacis conditionibus Regis imperio tradi debuisset, hucusque tamen jugum excussit; illius enim Præfectus, Cursonus nomine cum quadringentis Anglis pertinaciter Gallorum violentiæ obsistebat, urbemque strenue tueri decernebat. Quapropter Comes die decima Januarii Honflorium tormentis bellicis quater aggrediebatur, & quamvis Raynaldus Guilielmus Burgundus Montis-Argii Prætor pluresque alii globis ex urbe emissis cecidissent, nihilominus die decima octava Februarii Angli ad deditionem compulsi sunt, omni spe obtinendi auxilii frustrati; cum Somersetus Dux nec ad pugnandum vires, nec ad Cadomum urbem, ubi se receperat, relinquendam animum haberet, veritus, ne Galli hunc quoque refugii locum ei eriperent.

§. XXXVI.

*Mors Agnetis Sorillæ * de Castro * Soreau.
Pulchritudinis.*

Rex obsidionis tempore in Gemmeticensi Abbatia Ordinis S. Benedicti, quæ quinque infra Rothomagum urbem
S 2 leucas

Sæcul. XV.
A.C. 1450.

Joan.
Chart. Hist.
Car. VII.

Jo. Chart.
Hist. Car.
VII.

Sæcul. XV A.C. 1450. leucas ad sequanæ oram sita est, agebat, ubi quamdam mulierem, Agnetem Soril-

lam nomine, quam servato honestatis limite, ut inquit Charterius, deperibat, defunctam luxit. Nobilis hæc foemina na-

Fromenteau ta erat Fromentavii, quodam Turonum Diocæsis Bituricensis pago propriæ ejus potestati subjecto. Illa apud Reginam

Nobilis Domicellæ ministerium ferme quintam annum obibat, quo tempore Carolus Rex cum ea consuetudinem jungens, illam plurimis favoribus affectit, ac

Marne

villam pulcherrimam ad Matronam fluvium sitam, quæ & castrum pulchritudinis dicebatur, eidem donavit. Agnes

frequenter Regi ignaviam suam exprobrabat, animumque ejus contra Anglos accensura, vaticinii commento usa est, di-

cens, a quodam Astrologo sibi denuntiatum fuisse, se a quodam Rege totius Orbis potentissimo singulari prosequendam

amore; hoc vero præfagium nullatenus Carolum Regem spectare, eoquod ditio-

nes suas ab hostibus perperam usurpatas recuperare negligeret; proin ut vaticinio veritas constet, se deserto Carolo ad Regis Angliæ palatium transmigraturam.

Ussit Regem tam acriter hæc objurgatio, ut mox bellum pararet, collectisque viribus Anglos Francia propulsare aggrederetur.

Excessit

Excessit postmodum e vivis Agnes, Sæcul. XV.
 alvi profluvio laborans, feria quinta die A.C. 1450.
 nona Februarii ad sextam ferme horam
 meridianam in castro Melinensi, quod quarta
 Leucæ parte a Gemmeticensi Abbatia
 distitum erat. Inde corrigendus est plu-
 rium Scriptorum error, qui eam Gemmetici
 mortuam affirmant. Ætate erat haud
 adeo provecta, utpote non nisi quadrage-
 simum annum agens. Cor ejus unacum
 intestinis Gemmeticum, corpus vero ad
 castrum Lochiam translatum in medio
 Chori Ecclesiæ Collegiatæ ad Beatam
 Virginem in tumba ex nigro marmore
 conditum quiescit. Defunctæ effigies in
 marmore candido exsculpta tumbæ in-
 cumbit, utrinque Angelis pulvinar, cui ca-
 put statuæ inclinatur, gestantibus, nec-
 non duobus Agniculis ad pedes ejus pro-
 volutis ornata visitur. (*) Hanc ipsam
 Ecclesiam Agnes pluribus bonis locuple-
 tavit.

*Monstrelet
 du Haillan.
 Chronic.
 S. Dyonis.
 in Car. VII.*

§. XXXVII.

(*) De hac Agnete Joannes de Buffieres
 in sua Historia Francica parte II. lib. 12. num.
 28. hæc narrat: *Rex dum Juliobonæ deditio-
 nem opperitur, eum Agnes convenit formosissima
 illa sæculi sui mulier, in speciem, ut quid arca-
 næ conspirationis retegeret, revera ut amantem,
 instauratis illecebris, ceu recusa compede revin-
 ciret. Nam verebatur sagacissima foemina, ne*

S 3

gloriæ